

# EX AELIANI

HISTORIA PER PETRUM  
GYLLIVM LATINI FACTI,

itemq; ex Porphyrio, Heliodoro, Oppiano, tum eor  
dem Gyllio luculentis accessionibus aucti

libri XVI. De vi & natura  
animalium.

Eiusdem Gyllij Liber unus, De Gallicis & Itali  
cis nominibus piscium.

VIRTUTE DVCE.



COMITE FORTVNA

LVGDVNI APVD SEB.  
GRYPHIVM,

M. D. XXXIII.

Cum Privilegio, quod in calce libri reperitur.

commemoratur, hanc primo populo Romano spectandam dedisse: Tum etiam dicit, ex cæteris quidem partibus Camelum uideri, sed certe crura disparia habere, nam posteriora prioribus breuiora sunt, ut à clunibus quali concensionis gradus eius excellitas leuiter attollatur, corpusq; reliquum excelsum prioribus cruribus sustineatur: Colore similiter maculoso ut panthera distinguitur.

De rhinocerote, & quemadmodum pugnant  
contra elephantum. CAP. XXIIII.

**R**hinocerotis figuram nimis ualde frigidum esse describere, quum permulti ex Græcis & Romanis, qui illum uiderunt, eius formam plane sciant: at enim uim & illius naturam actionum non alienum est exponere: Quòd in summa nare cornu gerit, cuius mucro acutus existit, ex eo nomen traxit, neque ipsum illud de robore concedit ferro: quod quidem ipsum, cum est contra Elephantum pugnaturus, laxis exacuit, & limat: cætera non ei paria cum Elephantò, nam hic & procerissimus est, & fortissimus. Cornu igitur cuspidato Elephanti crura subiens, aluum discerpit, & lacerat: isq; effuso sanguine decumbit. Pugna eorum est de pastionibus, pro hisq; tuendis multi mori dicuntur: ac si aluum non præoccuparit rhinoceros, sed in aliam Elephanti partem aberrarit, Elephantinis dentibus distrahitur: ac tametsi eius pellis ea existat firmitate, ut ægre iaculo penetrari queat, tamen tam uolentus est Elephanti impetus,

8 3 ut eam

ut eam tranſciat.

GILLII ACCESSIO. CAP. XXV.

**R**hinoceros non multo Oryge maior eſt, ex eius ſummo naſo paruum cornu acutum nimirum adco infeſtus gladius eminet, eo ferrum ut perforet, & impetu facto ſaxum diſcindat: eius frons leuiter ruſa eſt, & dorſum maculis purpureis diſtinguitur. Huius generis feminæ nunquam apparent, quod ipſum Oppiano poetice commentationis de eorum & partu cauſam dedit.

GILLII ACCESSIO. CAP. XXVI.

De Hyena.

**M**edium Hyenæ dorſum incurueſcit, ac eius corpus fuſcis uittis utrinque diſtinguitur, & permulto pilo circumueſtitur, dorſum, & cauda ſtriſta & longa: eius item pellis canum dentibus infeſtiſſima eſt, ac ſi eius pelle ſis calceatus, tantopere canibus formidoſus ac horribilis exiſtes, ut non te quicquam ꝑ latrare audeant.

De Hyena. CAP. XXVII.

**H**Yena dextra in manu uim ſopiendi habet, & ſuo tactu ſonnum conciliandi, ſæpe ꝑ numero in ſtabula ingreſſa cum dormientem aliquem deprehenderit, & pedetentim ad illum progreſſa fuerit, ſoporis feram, ut ita dicam, manum eius naribus admouet, ſicque eas opprimat, hic ut ſine ſenſu eſſe uideatur, ac tantum terræ ſuſtinet, quantum ſit ad eum ipſum obruendum ſatis: guttur uero & ſupinum & nudum relinquit,